



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Andreæ Illvstri Regi Vngariæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

nullum tunc beneficium obtineret, præfati tamen Canonici eundem sic jurare fecerunt quod nihil ulterius ab ipsis absque communi totius voluntate Capituli postularer, quemadmodum nominatus Decanus ad mandatum venerabilis fratris nostri Buricensis Archiepiscopi & suorum a nobis delegatorum conjudicum coram dilectis filiis Cantore ac Priore sancti Viviani Xantonensis firmavit proprio juramento. Sanè quia ipsius præbenda medietatem reliquam ad interventum prædicti Xantonensis Episcopi, post præstationem juramenti jamdiæti, eidem magistro prænominati Canonici unanimiter contulerunt, cùm ipsi temporali spirituale beneficium sit annexum, licet illud memoratus magister se posse petere proponebat, præfertim cùm nec etiam postulet, sed petatur potius ab universis ferè Canonicis antedictis, sicut per viginti trium ipsorum, Episcopi, Archidiaconorum, & Cantoris litteras, & relationes prænotatorum judicium evidentissime ostendebat, subjungens quod cùm plures vacent in Xantonensi Ecclesia canonizæ, ac nullus sit de tanto numero qui posset in perceptione spiritualium, si receptus fuerit, prægravari, nec alius apparet in hujusmodi contradictor, prænominatus Decanus, qui aliquando consenserat in eundem, prout coram judicibus Pietvensibus confessione propria propalarat, solus in hac parte non debebat audiri, maximè cùm ad exceptions probandas, si quas vellet contra ipsum proponere, fuisse pluries evocatus, nec ex ipsis aliquas, sicut promiserat, probavister, nec etiam usus fuerit apostolicis litteris quas super hoc impetraverat contra eum. Verum cùm idem magister ad canoniam ipsam vocetur per Capitulum saepatum, sicut ipsorum litteræ clarissim manifestant, nullusque per nos canonicus fuerit in Ecclesia supradicta de novem Clericis pro quibus nostras litteras jam recepit nisi magister C. Natalis, qui per Episcopum & Archidiaconum specialiter obtinuit canoniam, & ad id obtinendum apud sedem apostolicam per annorum quatuordecim spatum undecies accesserit personaliter laborando, nobis humiliter supplicabat ut suis laboribus providere misericorditer dignaremur. Nos igitur intellectis per Cardinalem prædictum qua proposita fuerant coram eo, de consensu partium discretioni vestra per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatinus si vobis infra tres menses post harum susceptionem legitimè constiterit ipsum

magistrum simpliciter & absolutè jurasse quod nihil amplius peteret in Ecclesia Xantonensi, eidem super petitione sua silentium imponatis. Alioquin, cùm major & senior pars Capituli suum ipsi prestat assensum, nonobstante contradictione paucorum, eundem recipi faciat in Canonicum & in fratrem, ipsi stallum in Choro & locum in Capitulo, sublato cuiuslibet contradictionis & appellationis obstaculo, assignantes; & Decanum in expensis fidis pro negotio isto condemnatis eidem, sumque ut eas præfato magistro restituat per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis; contradictores, si quos inveneritis, vel rebelles, remoto appellationis obstaculo, censura simili compescendo; nullis litteris obstantibus à sede apostolica præter assensum partium imperatis. Quod si non omnes &c. duo vel trum ea &c. Datum Laterani xi. Kalen. Iulij, anno quartodecimo.

ANDREÆ ILLVSTRI REGI  
Vngarie.

**R**Ecepitis & intellectis litteris regis, hoc tibi, fili carissime, duximus rel<sup>atio</sup> pondendum, quod si forsitan inter Strigoniensem & Colocensem Ecclesiastis super dignitatibus suis aliqua pullulat dissensio<sup>n</sup>, materia, gratum nobis existet ut tu cum Prælatis ac suffraganeis & Capitulis caruadem ad amicabilem secundum Deum compositionem intendas sine præjudicio utriusque; in qua si ex privilegiis quæ alterutri sunt Ecclesia ab apostolica fede concessa quicquam difficultatis occurrerit, quia de ipsis nobis est solummodo judicium referatum, illud ad nostrum referatur examen. Nos enim, qui pacem eorum & tranquillitatem tuam & regni tui ferventi desiderio affectamus, ad eam, quantum cum ratione poterimus, impedemus operam efficacem. Datum Laterani Idibus Iulij, anno quartodecimo.

VLTRASILVANO EPISCOPO.

**S**ignificatum est nobis quod Scibiniensi si præpositura vacante, quæ ad Romanam Ecclesiam nullo pertinet mediante, dilectus filius magister R. cui honesta merita suffragantur, ad eam canonicè electus. Vnde supplicatum est nobis ut electionem ipsius auctoritate dignaremur apostolica confirmare. Quocirca fratrem tuum per apostolica scripta mandamus quatinus veritate diligentius inquisita, si rem invenoris ita esse, ipsam auctoritate nostra